

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XIX. De monachorum Scapulari. An simile Ephod Mosaico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

54 DE VETERE CLERICORVM
naslicum, nec tunicam contextam ex pilis ca-
Cap. 10. prarum. Theodosius & Romanus mona-
& 11. chi in veste cilicinâ, siue ex pilis contexta,
Cap. 12. Maris in contexta ex villis caprinis. Sy-
Cap. 20. meon Stylites in pelliceâ. S. Benedictum
Acta S.
Bened. pellibus vestitum inter fruteta Pastores of-
fendentes, feram crediderunt.

C A P V T X I X.

De monachorum Scapulari. An simile Ep-
hod mosaico.

TVnicæ superinjcitur scapulare. De
hoc indumento agens Cassianus, vbi
ei de monachis Aegiptijs sermo est, Ge-
stant (inquit) resticulas duplices, laneo subte-
gmine plexas, quas Graci Anaborē vocant;
nos verò succinctoria, seu reminicula, vel po-
tiùs Rebrachiatoria possumus appellare. Quæ
descendentes per summa ceruicis. è lateribus
collidivisæ, utrarumque alarum, hoc est am-
borum brachiorum ambiunt sinus, & eos
hinc inde succingunt; ut constringentes la-
titudi-

*titudinem vestimenti, illud ad corpus con-
trahant, sicque constricti brachijs, impigri
ad omne opus monachale reddantur. Ex qui-
bus colligas monachos illos Aegyptios,
alia habuisse scapularia quam commu-
nius reliqui.*

Et si attentè Cassianum legeris, vide-
bis eadem ferè fuisse cum Ephod Mosai-
co, ut meritò superhumeralia appellata
sint. Ac in primis quod scribit Cassianus,
seruijisse illa Rebrachiatoria stringendæ
vestium latitudini, id ipsum ita præstabat
& Ephod, ut inde nomen sortitum sit.
Descendit enim à radice ἔσθιον quod non
tantum superinduere, sed & cingere vel
arctare significat, ut pluribus exemplis de-
clarat à Lapide.

*In c. 28.
Exod.*

Item quod dicit Cassianus, amborum
brachiorum ambijsse sinus; id quoque fa-
ciebat & Ephod. Erat enim auctore Iose-
pho Græcanicæ epomidi simile, ac per
omnia in modum tunicæ factum. Qui a-
lio loco thoraci illud comparat. quod
ipsum etiam Philo fecit, Sacerdos tunicæ

*Lib. 3.
Antiq.*

*Lib. 4. de
Bel. c. 6.*

*Lib. 2 de
Monar.*

V 2

(inquit)

156 DE VETERE CLERICORVM
(inquit) superinduitur textum pectorale tho-
raci simile . Vnde errare colliguntur qui
Mosaica superhumeralia communibus
monachorum scapularibus compararunt,
neque enim illa aut vestem stringunt , aut
corpus ambiunt , aut aliquo modo thora-
cem tunicamve referunt. Licet hoc cum
superhumerali Mosaico habeant com-
mune , quod *duas iunctas oras habeant in*
utroque latere summitatum, & quod duo-
bus humeralibus vt loquitur Sixtus Se-
nen. aut duabus exomidibus vt loquuti
Interpretes 70. Humeros pectusque tegat.

C A P V T X X.

*Scapulare Gracis Analabus. Quid Ependy-
tes. Quid Eraciestes.*

Scapulare Græci Analabum vocant,
Dedrini.
I. de
Abre-
mun. vt videre est in Græcorum Encho-
logio , & apud Dorotheum Abbatem.
Habitus noster (inquit) *is est* , *Tunica abs-*
que manicis, Zona pellicea, analabus, cu-
cullus . Additque eius significationem,
Anala-